




00 P. Bd


V₉

+









17.
Laurentius Rhodomanus
Cheruscus,


POETA CAESAR. PHILOS.
Magister, & Historiarum Profess. P.

IN ACADEMIA
VVITEBERGENSI,

AD
PHILOSOPHIÆ ET HISTO-
riarum Studiosos.



VVITEBERGÆ,
Typis Cratonianis, Anno
M. D. CII.



Philosophiæ & Historiar.

Studioſis S. P.



RELIQVA EST APUD
Herodoti Musas trium Asiæ Mo-
narcharum longè potentiss. Camby-
sis, Darii & Xerxis historia, qua
reliquas Antiquitatis opes Auctor
expromet. Nam si quis Herodo-
tum antiquitatis thesaurum appelli-
tet, verissimum dixisse testimo-
nium iudicetur. Antiquitatem verò hic non intelligimus
Persiæ dumtaxat, cuius tamen Reges apprimè decantando s
hæ sibi Musæ proposuerunt: Verum etiam Libyæ, Asiæ,
Europæ, & quæ harum finibus continentur, Aegypti, Cyre-
naicæ, Indiæ, Arabiæ, Assyriæ, & gentium Asiæ minoris,
maximè verò Græciæ & Insularum, adde etiam gentium
finitimarum, res vetustas atq; memorabiles. Quarum certè
cognitione nemo destitui volet, nisi qui crassas ignorantie
tenebras serenissimo cognitionis nitore anteponat, aut Sapien-
tiam ex professo repudiet. Sapientia autem partem haud
minimam esse vetustatis cognitionem, quis sane mentis infi-
tias ibit? Hæc est illa ἀνίδου & διδασκαλία, (doctrina extra
periculi aleam posita) quæ efficit, ut ἀπὸ πρὸς καὶ ἰσθμῶν
ὄψαν (simul ante & retro videre) queas: ut Diodori Sic.
& Homeri verbis utar. Theologia consecratus es. Biblia
igitur

igitur, rectè intelligenda, dextrèq; explicanda, pro scopo habes. At quì hunc assequèris, si obscuriorum, quæ plurima occurrunt, declarationem ab Historiarum luce non mutuèris? Profecto quì cum cæterorum datum, quos divinius Apolline Delphico Numen inspiravit, tum Danielis oracula, absque interprete hoc Græco, (Herodotum puto) intelligi queant, haud apparet. De alyis jam professionum generibus non dicam, *ὡς μὴ δὲς κερὰ πῦλιν.* Tametsi bis quæ pulcra sunt & pluries repetere, quis vitio doctori vertat? Dignissimus equidem hic Auctor est, propè dixerim necessarius, qui à Studiosis Philosophiæ potissimum audiatur, legatur, repetatur. Sermonè requiris? Quid Herodotéo pulcrius? Quid disertius? Ad illustrationem Ethices sententias expetis? En Amalthææ cornu. Artium cæterarum Exempla venaris? Non exigua hic copia. Quid, quod ad politice, quæ Philosophiæ ultimus quasi finis est, exactius perdiscendam, hic Auctor, si quisquam alius, plurimum adjumenti præbet? Quam graphicè tres reipub. formas, ab Aristotele Polit. III. propositas, in Thalia depingit, quæq; optima sit, evidentius illo ostendit. Quantum in consultationibus Sapientiæ ac gravitatis! Quod boni Principis officium; quid inter tyrannum & moderatum gubernatorem intersit; quæ bella suscipienda, quæ omittenda; qua consiliarius Principi fidelitate sit obligatus; quid civis magistratui, & hic illi vicissim debeat; quis malè consultorum eventus; quis improbè, malignè, sceleratè, inceptatorum progressus & finis; quo successu
bella

bella non necessaria terminentur; Quae emulationes, odia
& insectationes, inter ejusdem imperii consortes ac collegas
orianur; quanta consuetudinis in veterata tyrannis; Quam
tristes libidinum, incestus, Sacrilegij, & id genus atrocium
facinorum, poenae; quam tetrus ac horrendis saepe odiis & car-
nificinis inter se, nulla sanguinis & affinitatis habita ratio-
ne, familiae nobilissimae grassentur, quam invisares Deo
superbia, humana se conditione altius extollens; quam foeda
cum ignominia cladeq; insigni profligetur; quam salutaris
& necessaria, in capitali gentis aut Civitatis discrimine,
popularium consensio; & inter principes simultatum priorum
extinctio, injuriarumq; aputia; quanta fortitudine deniq;
& constantia salus patriae, & libertas a vita tutanda &
defendenda sit; an non vivis exemplis efficacius docet, quam
exquisitis praecipis argutisq; dissertationibus Philosophi,
suo tamen loco, nec honore nec studio fraudandi. De far-
ragine multiplici, copiaq; inexhausta, pauxillum hoc decere-
psi. Quod demonstrare ad oculum, ut dicitur, singula-
tim, tam facile esset, quam paginae hujus angustia non per-
mittit. Ad enarrationis autem tempus ista reservantur.
Non Philosophicum ergo tantum & politicum, sed regium
etiam Historicum, merito Herodotum nominemus. Iam
si regibus & imperatoribus, horumq; senatoribus prudenti-
simum, ad deliberationum & actionum usus hunc appli-
cari, videtur operae precium, quid nos ad bonarum Artium
disciplinam unice destinati lectionem ejus, tam studiis no-
stris

stris fructuosam, non amplectamur? Quin Deo pro tanto munere gratum testemur animum, quod tam largum erudite Sapientie promum nobis ad hanc tempestatem conseruauit, messisq̄ tam benignæ copiam inde præbet.

Certè si absque hoc foret, multa antiquitatis, per uniuersum prope orbem terræ, monumenta æternis demersa tenebris jacerent. Nec enim de secunda Monarchiæ (ut nostri vocant) principibus quicquam, aut certè parum nobis constaret: Et sic maximam Historia Catholica iacturam fecisset. At hic primus beneficio planè diuino exortus est, qui è caligine in lucem res alioquin abstrusissimas produxit: & ingenij sui vigore calamiq̄ industria, à perpetuæ oblivionis velut abysso hæc omnia vindicauit. Hunc ergo bene ceptum bene pertexere nostri deinceps studij erit. Sed quia prolixus nimis Auctor, ideoque moræ diuturnioris, & propterea molestus Auditorum fortè aliquibus videtur: medicinam à tractationis methodo capiamus. Id prius quam aperiatur, quid reliquis deinceps libris Musæ canant, totidem distichis, ut nuper ceptum, concludetur.

- Γ. Αἴγυπτον δαμάσας κύρξ πάϊς ἔρρε Θαλείη.
τὸς δὲ Μάγος ὀλέσας σκῆπτρα Δαρεῖ Ⓞ ἔχθ.
- Δ. Ἔθνεα Μελπομένη Σκυθίης Λιβύης τε Πιφάσκει,
ἤθεάτ' αὖ· Περσέων ἔνθα καὶ ἔνθα μόθον.
- Ε. Τερψιχόρη ρεχθέντα καθ' Ἑλλάδα, ἔ λυγρὸν εἶπεν
αἰτία Περσῶων μῶλον Ἀρισταγόρεω.
- Σ. Κυδαλίμης Εργάω γυεῖας, πρὸς ἔθνη Ἄθηνης
κλείδ' Περσῶων ἐν Μαρσθαῖνι μάχῃ.

Σ. Ἐργεω

Z. Ξέρξης συμβαλήντε Πολύμνια καὶ πέρων ἀυδᾶ,
Σπάρτης ἔν σφραῖς Θερμοπύλαις δρετάς.

H. Δάμνα ἔν Ουρανή Ξέρξης νήεσσιν Αχαιῶν
οἱ πεζὸν δῆϊοις μηλιόωσιν ἄρλω.

Θ. Καλλιόπη δαμνώσι πανέλλιες καὶ Ἴωνες
Πέρσας, καὶ Ξέρξω φλέξεν ἄθεσμο ἔρωσ.

III. Cambyfes domat Aegyptum, perit ipse, Thalia,
Sublatiſq; Magis ſceptra Darius habet.

IV. Melpomene gentes Scythiæ Libyæq; recenſet
Et mores, bellans quæq; ibi Perſa gerit.

V. Terpſichore cantat tunc geſta per Hellada, & arma
Quæ Perſas contra ſumſit Ariſtagoras.

VI. Illuſtreſq; domos Erato, & cum Palladis urbe
Congreſſos Perſas ad Marathona refert.

VII. Xerxiſ iter, prius & conſulta, Polymnia narrat,
Et Spartæ ad calidas ſtrenua facta Pylas.

VIII. Claſſis in Urania Xerxem profligat Achivum:
Hoſtibus in terra qui nova bella parant.

IX. Ut Græci ſubigant Perſas atq; Iones, edit
Calliope: Xerxiſ quamque nefandus amor.

*Quam exiles capſæ, quæ tantum reliquæ hiſtoria appar-
ratum continent! At evolvendus eſt, & luci exponendus.
Qua nam ratione? Compendiaria, ut ab initio inſtitutum
Ut enim longum iter maturius peragas, uni Regioni & Ci-
vitati non diu immorandum, nec varia hic illic diverticula
quærenda; ſed rectâ procedendum; Et ſi quæ monſtran-
tur Compendia, præ ambagibus quamlibet amœnis & jucun-
dis amplectenda: ita in magno progredi Auctore conſultum
videtur.*

Adeſto

Adeste igitur antiqui tatis Historice Studiosi, adeste
frequentes: ut curriculum quod restat, Compendiaria deinceps
via, unoq; tenore, absq; interruptione, continuetis mecum.
Quod sine ulla fiet molestia, auscultandi modo animum
& alacritatem vobiscum afferatis. Cum enim hac instituta
sit prælectionis ratio, ut intra metas singulorum Capitum
se contineat, & quæ notationem aliquam postulant, obiter
moneantur, non video, quid gravare quemquam deinde
possit, si aures tantum vacillas, mentemq; attentam
commodare, ad horulæ spacium, non grave sibi ducat. Cras
autem, cum deo pergemus, Valete. VVitebergæ, Anno
M. D. CII. Kal. Sextil. P. P.



153456

ULB Halle 3
002 677 407



VD 77




omnino. Sanctissimus. in die. in die.

Omnimittentes et noctem ut dicitur
sacratissima celebrantes. qua beate
virginis inmemorata virginitas. huius mundi
salvatore. Sed et memoriam venerantibus
eiusdem gloriose semp virginitatis mar-
tris eiusdem dei. et domini nostri ihesu christi. Sed et
torum apostolorum tuorum

Omnimittentes. et diem sacratissimum celebra-
tes. quo unigenitus tuus in tua terra gloria. deus
noster in veritate carnis nostre visibiliter carne
apparuit. Sed et memoriam

Omnimittentes et diem sacratissimum celebra-
tes. quo dominus noster ihesu christus pro nobis est
Sed et memoriam. **H**anc igitur oblationem





17.
Laurentius Rhodomanus
Cheruscus,
POETA CAESAR. PHILOS.
Magister, & Historiarum Profess. P.
IN ACADEMIA
VVITEBERGENSI,
AD
PHILOSOPHIÆ ET HISTO-
riarum Studiosos.



VVITEBERGÆ,
Typis Cratonianis, Anno
M. D. CII.

